



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

ANNO  
CHRISTI  
461.

**CONCILIVM TVRONICVM I.**

PERPETVI EPISCOPI TEMPORE  
celebratum, <sup>1c</sup> Seuerino V. C. consule, sub die XIV.  
Kalendas Decembris, anno Christi CCCCLXI. Seueri  
Augusti & Hilari papæ primo.

TITVLI CANONVM.

- |  |  |
|--|--|
| I. De sanctitate sacerdotum, & ministrorum ecclesie.   | ligionem professam deserunt.   |
| II. Quod sacerdotes & diaconi ab vxoribus suis abstinere, atque ebrietatem vitare clerici omnes debeant. | VII. Cum homicidis non communicandum.  |
| III. De familiaritate extraneorum seminarum clericis interdicta.   | VIII. Si penitentes derelicta penitentia ad saculares illecebras reuertantur.                    |
| IV. Vt clericus, cui vxorem ducere licet, viduam non accipiat.   | IX. De presumptoribus episcopis, qui aliorum diocesim peruadunt, aut illorum clericos promouent. |
| V. De clericis qui ad laicam vitam redeunt.  | X. De illicitis ordinationibus.  |
| VI. De iis qui virginibus sacratis matrimonio iunguntur, vel re-   | XI. De vagantibus clericis.  |
|  | XII. Clericus sine commendatitijs non ambulet.   |
|  | XIII. Vt clerici & surarii non sint.   |

PRÆFATIO.

SEVERINO viro clarissimo consule, sub die decimaquarta Kalendas Decembris, cum <sup>d</sup> ad sacratissimam festiuitatem, qua domni Martini receptio celebratur, in ciuitate Turonorum beatissimi sacerdotes, quorum subscriptio subter adiecta est, conuenissent, necessario crediderunt, vt quia per longam incuriam in aliquo de rebus ecclesiasticæ disciplinæ regula fuisset vitiata, definitionem suam, quæ cum patrum auctoritate concordat, præsentis scripturæ emissionem firmarent: non quæ prius illicite admissa sunt reuoluentes, sed in posterum vniuersorum utilitati prospicientes: vt secundum euangelica præcepta, & apostolicam doctrinam, patrum statuta seruantes, ecclesia Domini pura & immaculata permaneat.

CANONES.

I.

Primo ergo in loco sacerdotes vel ministri ec-  
Concil. Tom. 9. Ppp ij